

& quod fit ducas indimidium terminorum, exemplum. 3. 4. 5. 6. 7. 8. primus cum vltimo facit. 11. duc in 3. qui est dimidium terminorum fit 33. pro aggregato, similiter 2. 5. 8. 11. 14. 17. iunge fiunt 19. duc in 3. fit 57. nam termini erant 6. dimidium eorum 3. eadem regula tenet in octauo & vndecimo si termini sint pares aliter si impares sint deme primum, & operare cum reliquis eodem modo: post adde primum veluti. 3. 5. 10. 12. 17. 19. 24. dempto primo fit. 5. minimus additus ad 24. fit 29. duc in dimidium terminorum quod est 3. fit 87. adde primum fit 90. pro aggregato.

3.4.5.6.7.8.	—————
	11
—————	—————
	3
—————	—————
	33
2.5.8.11.14.17.	—————
	19
—————	—————
	3
—————	—————
	57
3.5.10.12.17.19.24.	—————
	29
—————	—————
	3
—————	—————
	87
—————	—————
	3
—————	—————
	90
3.7.15.27.43.63.87.	—————
	7
—————	—————
	2
—————	—————
	5
—————	—————
	$1\frac{2}{3}$
—————	—————
	$2\frac{2}{3}$
—————	—————
	84
—————	—————
	224
—————	—————
	7
—————	—————
	3
—————	—————
	21
—————	—————
	224
—————	—————
	2
—————	—————
	245

12 Pro nono & duodecimo modo, deme à numero terminorum 2. residuum diuide per 3. exeunti adde 1. hoc duæ in aggregatum vltimæ differentię cum sua progressionē producto, adde quod fit ex primo termino in numerum terminorum, quod conflatur est summa. exemplum. 3. 7. 15. 27. 43. 63. 87. termini sunt 7 demo 2. fiunt 5. diuido per 3. exeunt 1. $\frac{2}{3}$ addo 1. fiunt $2\frac{2}{3}$: duc in summam differentiarum habitam per vndecimam regulam quæ est 84. fit 224. duc etiam primum terminum qui est 3. in 7. fit 21. nam 7. erat numerus terminorum, addo igitur 21. ad 224. fit 245.

13 Et his habetur sumpto numero terminorum & aggregato vltimus terminus in septimo & decimo modo diuide igitur aggregatum per dimidium numeri terminorum, & ab exeunte deme primum terminum, remanebit vltimus. Idem in octauo & vndecimo modo cum pares fuerint, si impares detrahe primum terminum ab aggregato, & residuum diuide per numerum terminorum minus vnitatem, quod exit duplæ, & à producto aufer secundum terminum, residuum est vltimus terminus, Exemplum 90. fit aggregatum termini vero 7. minor terminus 3. deduco ex 90. fit 87. diuido per 3. & est dimidium terminorum fit 29.

deduco secundum terminum qui fuit 5. remanet vltimus 24. est autem 3. dimidium terminorum qui fuerunt 7. dempto vno vt regula dicit.

Et sicut ex vndecima elicitur duodecima, pro nono & duodecimo modo, ita ex decimatertia elicitur quartadecima pro nono & duodecimo modo.

Et vniuersaliter cum fuerint 5. termini videlicet auctio: numerus terminorum: minor terminus: & maximus, & aggregatum, cum sunt 3. ex his noti, qualescunque sint, cognoscentur reliqui duo ignoti, in quolibet modorum.

Et ex his habemus conuersus duodecimæ regulæ, cognita enim sūma & differentia maxima, & termino minore habebimus numerum terminorum, si etiam habuerimus maiore, deduc igitur ex vltima differentia vnitatem, residuum diuide per 3. exeunti adde vnitatem per hoc totum multiplica maiorem terminum dempto minore, & quod fit detrahe ex summa, residuum diuide per terminum minorem, quod exit est numerus terminorum, & est Exemplum fit minor terminus 4. maior 32. differentia maior 7. aggregatum 116. progressio in nono vel duodecimo modo detraho 1. ex 7. fit 6. diuido per 3. exit 2. addo 1. fit 3. demo ex 32. maiore minorem terminum qui est 4. fit 28. duc in 3. fit 84. demo ex 116. fit 32. diuido per terminum primum qui est 4 exit 8. numerus terminorum erat igitur progressio talis. 4. 5. 7. 10. 14. 19. 25. 32. & ita in ista 4. 8. 13. 19. 26. 34. vel in hac 5. 6. 8. 11. 15. 20. 26. 33. 41. 50.

Et cum fuerint. 6. termini, vtpote, maxima differentia, & auctio ipsa, & terminus minor & maior: & numerus terminorum, & aggregatum: & ex his 3. cogniti, & reliqui incogniti: cognoscentur incogniti factâ positione termini vnus ex incognitis per rē & operare per algebra, & peruenies ad cognitionem Exemplum terminorum vt 3. 4. 6. 9. 13. 18. 24. 31. 39. primus terminus est. 3. auctio. 1. maxima differentia 8. numerus terminorum 9. nam semper auctio ducta in numerum terminorum deductâ vnitatem: producit maximam differentiam vnde esset deductâ differentia, vel diuisa per auctioem, quod exit additâ vnitatem producit numerum terminorum: igitur deductâ vnitatem ex numero terminorum, & diuisâ maximâ differentiâ, exhibit auctio ipsa, & quantus terminus, est autem maximus 39. sextus est aggregatum vt 147. & hi inueniuntur in nono & duodecimo modo, in aliis autem sunt tantum. 5. termini quoniam auctio non differt à maxima differentia quare &c.

Pro primo & quarto modo, cum diuiseris terminum maximum per minimum, quod exit quali ordine est suæ progressionis denominatorum talis est numerus figurarum, Exemplum in primo modo diuido 32. per 1. exit 1. 2. 4. 8. 16. 32. 32 qui in ordine duplæ est ce. cu. & est sexta figura ex positis in fine primi capituli de 11. quare termini fuerit 6.